



**Auctarium. Sive Additiones Ad Viri Clarissimi Henr. Zoesii  
J.V.D. Universum Jus Canonicum**

**Geismar, Justus Moritz von  
Coloniæ Agrippinæ, 1691**

Ad tit. XIV. de Clericis pug. in duello.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62259](#)

tæ, sive licitæ operam dederit. Gonz.  
ad cap. de casero. 11. h. t. Fagnan.

Ad num. 77. Observa ex Busenb. lib.  
7. cap. 5. dub. 4. Non sit irregularis, qui  
excœcavit hominem solo visa privan-  
do, non autem oculum extrahendo,

Qui infirmo aliquid dat, vel facit  
bona fide, ex quo sequitur mors, vel  
acceleratio per accidens, non sit irre-  
gulatis, nisi concurrat lata culpa.

In bello injusto si vel unus occida-  
tur, totus exercitus sit irregularis, sal-  
tem si aliqua ratione sit cooperatus.

Irregularitas oritur ex infamia, sive  
ju:is (que vel ex delicto proprio, vel  
parentum, vel vili conditione personæ  
nascitur) sive facti, modò crimen pu-  
blicum sit; ex occulto enim non oritur,  
homicidium & censuræ violationem  
excipias. Id. dub. 5.

## AD TIT. XIV.

*De Clericis pugnantibus in duello*

**D**uellum propriè acceptum definit  
Vasquis Illustr. Controvers. lib. 1.  
cap. 11. n. 36. quod sit singulare certa-  
men aut pugna æquis legibus dimicant-  
ium, regulariter: quia potest etiam u-  
nus duos diffidare seu ad pugnam pro-  
vocare.

Eum, qui moritur ex vulnere accep-  
to, si vivus ex loco decepsit, nō esse pri-  
vandum sepultura Ecclesiastica ait Bu-  
senb. lib. 3. tr. 4. cap. 1. dub. 1. in fine.

Ad num. 6. Adde ex Busenb. lib. 3. tr.  
4. cap. 1. dub. 5. art. 1. Acceptare licet  
duellum, si quis alias te occisorus, con-

cedat tamen arma, ut sic fortunam ex-  
periaris, quia est tantum defensio, po-  
sitoque quod aliter non possis evadere.  
Similicer si Judex duos ad mortem  
damnatos vellet duello congregandi; quia  
alter alterius esset constitutus minister  
justitiae.

## AD TIT. XVI.

*De Adulteriis & stupro.*

**O**bserva ex Busenb. lib. 3. tr. 4. cap. 2.  
quod luxuria sit inordinatus appe-  
titus vel usus delectationis, seu sensus  
venerei, qui sit cum commotione spi-  
rituum procreationi servientium circa  
partes corporis venereas, ira ut aliae de-  
lectationes etiam sensitivæ non spectet  
ad luxuriam. Idem dub. 1. Distinguenda  
est imprimis intentio & delectatio ve-  
nerea & venereorum, ab intentione &  
delectatione sensitiva & sensitivorum  
aliorum, quæ consistit in quadam pro-  
portione & conformitate rei tactæ  
cum organo tactus.

Idem dubio 2. Concubinarius (sicut  
& meretrix) ordinariè non debet ab-  
solvi, nisi dimissa concubina aut mu-  
liere suspecta, cuius retentio scanda-  
lum daret, licet cum ea non pecca-  
ret. Si cum sponsa alterius quis peccet,  
est gravior, & in confessione aperien-  
da; alii tamen contra

Dub. 3. Sodomia imperfecta est  
congressus cum debito sexu, sed extra  
vas naturale. Perfecta congressus cum  
eodem sexu.

Idem l. 3. tr. 5. cap. 2. dub. 6. art. 4. P. x-  
cise pro tola virginitate non obligat re-  
stitutio. Unde si stuprum mansit clam,  
aut